



# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes,  
a la imprenta de Calatrava.

---

### BENDICIÓN PAPAL EN LA S. I. B. CATEDRAL

En virtud de las facultades que por el Derecho Canónico se Nos confieren, hemos acordado dar a los fieles solemne Bendición Papal el Domingo, 17 del corriente, festividad de la Resurrección del Señor, después de la Misa Pontifical que, con el favor divino, celebraremos en nuestra Santa Iglesia Basilica Catedral.

Los Sres. Párrocos y encargados de Parroquia excitarán a sus feligreses a recibir la bendición que anunciamos, y les enterarán de las condiciones precisas para ganar la Indulgencia plenaria que la acompaña, indicándoles finalmente que rueguen por las necesidades de la Iglesia, del Romano Pontífice y nuestra patria.

Salamanca, 1 de Abril de 1927.

† FRANCISCO, Obispo de Salamanca.

# **Colecta de Viernes Santo**

Recordamos a los Sres. Párrocos y encargados de parroquias el mandato de Nuestro Santísimo Padre León XIII, en sus Letras Apostólicas de 27 de Diciembre de 1887, referentes a la *Colecta* que han de practicar, en sus respectivas iglesias, el Jueves y Viernes Santo, en el acto de adorar la Cruz, con destino a los Santos Lugares de Jerusalén.

Como en años anteriores, remitirán las limosnas colectadas a la Secretaría de Cámara, que, a su vez, se encargará de enviarlas oportunamente a su destino.

Salamanca, 31 de Marzo de 1927.

## **EDICTO**

En virtud de providencia dictada por el M. I. Sr. Vicario General del Obispado, se cita llama y emplaza a don José Sánchez y en su defecto a su esposa doña Josefa Manzano, vecinos que fueron de Aldehuela de la Bóveda, y cuyo domicilio se ignora, para que en el improrrogable plazo de quince días, contados desde el siguiente al de la publicación de este edicto, comparezca en esta Vicaría a prestar a favor de su hija María Remedios Sánchez Manzano, residente en Zarapicos, el consentimiento paterno para el matrimonio que tiene concertado, bajo apercibimiento que de no hacerlo se dará al expediente el curso que corresponda.

Salamanca 29 de Marzo de 1927.

El Notario Eclesiástico,

**Dr. Gerardo Sánchez Pascual.**

## **Sacra Congregatio Concilii**

DE SACERDOTIBUS MAGISTERII MUNUS GERENTIBUS PUBLICIS  
IN SCHOLIS

Cum plures locorum Ordinarii postulavissent ut peculiaribus quibusdam normis sacerdotum disciplina, qui in publicis scholis docent, regeretur, haec Sacra Congregatio in

plenariis comitiis diei 15 Ianuarii huius anni decrevit servanda ea quae sequuntur; quae quidem SS. D. N. Pius divina Providentia PP. XI, in audientia die prima mensis Februarii ab Emmo. Cardinali huius Sacrae Congregationis Praefecto habita, rata firmaque voluit eademque publici iuris fieri mandavit.

I. Sanctae Sedis praescripta de clericis et sacerdotibus publicas studiorum Universitates vel scholas Normales, quas vocant, frequentantibus, firma maneant; praesertim vero ea quae Litteris Secretariae Status diei 20 Novembris 1920 praecipiantur, adamussim serventur.

II. Sacerdotes, etsi magisterii titulum consecuti, adstricti, uti antea, suae quisque dioecesis servitio manent; proprioque Ordinario subiiciuntur.

III. Curent Ordinarii ut hi sacerdotes docendi munus obeant in sua dioecesi, praesertim in sacris clericorum Seminariis vel in privatis scholis.

IV. Sacerdos, huiusmodi munus atque officium in publicis scholis ne petat neque acceptet sine explicito Ordinarii sui consensu; qui quidem consensus est natura sua revocabilis.

V. Ordinarius, graviter onerata eius conscientia, consensum ne concedat nisi iis qui pietate et doctrina excellent, quique tum alumnis tum ceteris magistris privatim et publice exemplo sint.

VI. Ordinarius permittere poterit ut sacerdos dioecesanus in aliam dioecesim magisterii exercendi causa se conferat, ea tamen lege ut susceptum munus ad nutum tum Ordinarii proprii tum Ordinarii loci retineatur. Itaque Ordinario in dioecesis servitium illum revocanti et Ordinario loci illum dimittenti, quocumque praetextu remoto, sacerdos parere tenetur.

VII. Ordinarius ne sinat ut sacerdos suae dioecesis in alia diocesi magisterium ineat, nisi prius de re loci Ordinarium monuerit eiusdemque veniam obtinuerit.

VIII. Sacerdos in aliena dioecesi magisterium initurus sine mora loci Ordinarium adeat, quem, iuxta can. 94 Codicis iuris canonici, ut Ordinarium suum, usquedum eo in loco commorabitur, habere, eiusque vigilantiae auctoritati et correctioni se submittere debet.

IX. Ordinarius vero loci poterit:

a) praecipere, iusta de causa, arbitrio et prudentia eius aestimanda, ut sacerdos alicui ecclesiae sit addictus;

b) statuere ut idem sacerdos peculiare vigilantiae Vicarii foranei vel parochi aliusve sacerdotis subsit;

c) exigere ut sacerdos referat in qua domo habitualiter commoretur et quibuscum personis cohabitaret; vetare ne mulieres, de quibus suspicio esse possit, apud se retineat et quoquo modo frequentet; iubere, si id necessarium aut opportunum Ordinarius iudicaverit, ut penes aliquam religiosorum sodalium domum a se designandam degat;

d) vetare ne docendi munus in scholis, quas vel solae puellae vel puellae simul et adolescentes celebrant, suscipiat; neve puellas privatim doceat atque instituat;

e) praecipere ut omnes et singulas obligationes communes clericorum servet; praesertim vero ut collationibus seu conferentiis ad casus de re morali ac liturgica solvendos intersit; ut adiuvet parochum loci in religiosa puerorum institutione; ut diebus festis de praecepto brevem Evangelii aut alicuius doctrinae christianae capituli explanationem habeat in Missa quam, fidelibus adstantibus, celebrat;

f) monere, corripere et, si casus ferat, congruis poenis, ad normam sacrorum canonum, sacerdotem afficere, si a recto tramite deflexerit.

X. Ordinarius loci, cuiusque anni scholastici expleto cursu, Ordinarium sacerdotis certiore faciat de eiusdem vita et moribus.

XI. Sacerdos magister e loco per notabile tempus discessurus Ordinarium eiusdem loci commonefaciat: ferias vero aestivas initurus suum eidem obsequium praestet; in dioecesim vero reversus, se sistat Ordinario suo eiusque mandatis fideliter obediat.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis Concilii, die 22 Februarii 1927.

D. CARD. SBARRETTI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Iulius, Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius*.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1927, pp. 99-100).

## Sacra Congregatio Rituum

URBIS ET ORBIS

Die 27 Aprilis

S. PETRI CANISII, Confessoris et Ecclesiae Doctoris

DUPLEX (m. t. v.)

*Omnia de Communi Doctorum, praeter sequentia:*

IN I VESPERIS

*Ad Magnif. Ant.* O Doctor óptime, Ecclesiae sanctae lumen, beáte Petre, divinae legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei, allelúja.

*Oratio*

Deus, qui ad tuendam cathólicam fidem beátum Petrum, Confessorem tuum, virtúte et doctrina roborasti: concéde propítius; ut ejus exéplis et mónitis errántes ad salutem resipiscant, et fideles in veritátis confessióne perséverent. Per Dóminum.

*Et fit Commemoratio Ss. Cleti et Marcellini Pp. et Mm.;*

*Ant.* Sancti et justí, in Dómino gaudéte, allelúja: vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

ŷ. Pretiósá in conspéctu Dómini.

*Oratio*

Beatórum Mártyrum paritérque Pontíficum Cleti et Marcellíni nos, Dómine, fóveat pretiósá conféssio: et pia júgiter intercésio tueátur. Per Dóminum.

*In I Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.*

IN II NOCTURNO

*Lectio IV*

Petrus Canísius, Noviómagi in Gélria eo ipso anno natus est, quo Luthérus in Germánia apérta rebellióne ab Ecclésia descívit, et Ignátius de Loyóla, in Hispánia, terréstri militia abdicáta, ad praeliánda praelia Domini se convértit: Deo nimfrum portendénte, quos ille posthac adversários, quem sacrae militiae duces esset habitúrus. Colóniae Agrippinae, quo studiórum causa concesserat, perpétuo castitátis voto se Deo obstrínxit, et paulo post Societáti Jesu nomen dedit. Sacerdótió auctus, cathólicam fidem

contra novatorum insidias legationibus, sermonibus, scriptis libris statim defendendam suscepit. Ob praeclaram sapientiam et exploratum rerum usum a Cardinali Augustano et a pontificiis Legatis magnopere expetitus, semel atque iterum Concilio Tridentino interfuit: cuius etiam decreta ex auctoritate Pii Quarti Pontificis Maximi rite per Germaniam promulganda et in morem inducenda curavit. A Paulo Quarto ad conventum Petricoviensem ire jusus, aliisque a Gregorio Decimo tertio legationibus obeundis adhibitus, alacri semper et nunquam fracto difficultatibus animo, gravissima religionis negotia tractavit, ac vel inter praesentia vitae discrimina ad felicem exitum perduxit.

R. Honestum.

### *Lectio V*

Superno caritatis igne, quem in Basilica Vaticana e penetralibus Cordis Jesu olim copiose hauserat, inflammatus, et divinae gloriae amplificandae unice intentus, dici vix potest, quot, per annos amplius quadraginta, labores suscepit, aerumnasque pertulerit, ut complures Germaniae civitates ac provincias vel ab haereseos contagione defenderet, vel, haeresi infectas, catholicae Fidei restitueret. In Ratisbonensi et Augustano conventu imperii proceres ad jura Ecclesiae tuenda et mores populorum emendandos excitavit: in Vormatiensi insolescentes impietatis magistros ad silentium adegit. A sancto Ignatio Germaniae Superioris provinciae praefectus, domos et colligia multis locis condidit. Colligium Germanicum, Romae constitutum, omni ope promoveri atque amplificare studuit: in academias sacrarum humanarumque disciplinarum studia, miserandum in modum collapsa, instauravit; contra Centuriatores Magdeburgenses duo volumina egregie conscripsit: et summam doctrinae christianae, theologorum judicio et publico trium saeculorum usu ubique probatissimam, aliaque complura ad populorum institutionem valde accommodata in vulgus edidit. Quamobrem, haeticorum malleus et alter Germaniae apostolus appellatus, plane dignus habitus est, qui ad tutandam in Germania religionem divinitus electus putaretur.

R. Amavit.

### *Lectio VI*

Inter haec, precatio crebra et assidua rerum supernarum commentatione, lacrimis saepe perfusus et animo interdum a sensibus abducto, Deo se conjungere solitus erat. A viris principibus vel sanctitate clarissimis et a quatuor Summis Pontificibus magno in honore habitus, adeo de se demisse sentiebat, ut se omnium

mínimum et díceret et habéret. Vindobonensem episcopátum semel, iterum ac tértio recusávit. Moderatóribus suis obsequentísimus, parátus erat ad ipsórum nutum omnia relínquere aut ággredi, étiam cum valetúdinis et vitae perículo. Voluntária sui ipsíus coercitíone castitátem perpétuo sepsit. Demum Fribúrgi Helvetiórum, ubi plúrimum pro Dei glória et salúte animárum últimis vitae suae annis desudáverat, migrávit ad Deum die vícésima prima decémbri anno millésimo quingentésimo nonagésimo séptimo, aetátis suae séptimo supra septuagésimum. Hunc vero strénum cathólicae veritátis propugnatórem Pius Papa Nonus caélitum beatórum honóribus adáuxit; nobis autem fulgéntem signis Pius Undécimus, Póntifex Máximus, anno jubilaei, sanctórum número accensuit, simúlque Doctórem universális Ecclésiae declarávit.

ñ. Iste homo.

### IN III NOCTURNO

Léctio sancti Evangéllii secúndum Matthaéum

*Cap. V, 13—19*

*Lectio VII*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Et réliqua.

Homilía sancti Petri Canísii, Presbyteri

*(Notae in Evangelia, in festo S. Martini Ep., post initium)*

Amábo et colam missos a Christo Apóstolos horúmque succesóres in Evangéllii sémine spargéndo sédulos et indeféssos propagándi verbi cooperatóres, qui jure testári possunt: Sic nos exístimet homo ut mínistros Christi et dispensatóres mysteriórum Dei. Vóluit enim Christus ut vigilantíssimus ac fidelíssimus paterfamílias per tales ministros ac legátos lucérnam evangélicam igne caélitus demísso accéndi, et accénsam non módio suppóni, sed super candelábrum constitúi, quae suum splendórem longe latéque diffúnderet omnesque tum Judaeórum tum Géntium vígéntes ténebras et erróres profligáret.

ñ. Iste est.

*Lectio VIII*

Etenim evangélico Dóctori sat non est, verbo lucére pópulo, et vocem in desérto clamantem praestáre, multísque in pietáte juvándis língua óperam dare, ne alióquin, si verbi ministérium praetermíttat, canis mutus non valens latráre a prophéta dicátur.

Sed et ardere illum oportet, ut, opere atque caritate instructus, munus suum ornet evangelicum, Paulumque ducem sequatur. Is quippe non contentus Ephesiorum episcopo demandare; Praecepit hoc et doce: labora sicut bonus miles Christi Jesu; constanter etiam apud amicos et inimicos evangelizavit, ac episcopis apud Ephesum collectis bona dixit conscientia: Vos scitis, quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis et docerem vos publice et per domos, testificans Judaeis atque Gentilibus in Deum poenitentiam et fidem in Dominum nostrum Jesum Christum.

¶. In medio Ecclesiae.

*Feria II Rogationum, IX Lectio de Homilia Feriae et fit ejus Commemoratio in Laudibus; alias*

### *Lectio IX*

Talem enim pastorem decet esse in Ecclesia, qui more Pauli, omnibus omnia fiat, ut in illo reperiat aeger curationem, maestus laetitiam, desperans fiduciam, imperitus doctrinam, dubius consilium, poenitens veniam atque solatium, et quidquid tandem ad salutem est cuique necessarium. Quocirca pulchre Christus, cum primarios mundi Ecclesiaeque doctores constituere vellet, non sat habuit discipulis dicere: Vos estis lux mundi: sed etiam illud subiicit: Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Errant enim opinantes ecclesiae, quod muneri suo doctrinae splendore magis quam vitae integritate et caritatis ardore possint satisfacere.

Te Deum laudamus.

LECTIO PRO FESTO COMMEMORATO AD MATUTINUM LEGENDA IUXTA RUBRICAS.

### *Lectio IX*

Petrus Canisius, Noviomagi in Germania natus, statim ac Societati Jesu nomen dederat, catholicam fidem contra novatorum insidias, legationibus, sermonibus, scriptis, libris defendenda suscepit. Divinae gloriae amplificandae unice intentus, dici vix potest, quot per annos amplius quadraginta labores aerumnasque pertulerit. Semel atque iterum Concilio Tridentino interfuit, Germaniae regiones bene multas peragravit, omne hominum genus saluberrimis institutis publice et privatim excoluit, compluresque urbes atque provincias vel ab haereseos contagione defendit vel haeresi infectas catholicae fidei restituit. A Santo Ignatio Ger-



mániaie Superióriis provinciae praeféctus, domos et collégia multis locis cóndidit. Contra Centuriatóres Magderburgénes duo egrégia volúmina conscripsit, et summam doctrínae cristiánae, theologórum iudicio et longo populórum usu probatíssimam áliaque complúra in vulgus édidit; dignus prófnde qui haericórum málleus et alter Germániaie apóstolus vocarétur. Dénique Fribúrgi Helvetiórum, séptimum supra septuagésimum annum agens die vicésima prima decémbris anno millésimo quingentesimo nonagésimo séptimo quíévit in Dómino. Eum Pius Papa Undécimus Sanctórum fastis adiúnxit et simul universális Ecclésiae Doctórem declaravit.

Te Deum.

*Vesperae a Capitulo de sequenti, Commemoratio praecedentis ac S. Vitalis Mart.*

*Missa In médio Eccléssiae, praeter Orationem: Deus, qui ad tuéndam, ut in Officio.*

## IN MARTYROLOGIO ROMANO

*Die 21 Decembris, secundo loco*

Fribúrgi Helvetiórum natalis sancti Petri Canisii, sacerdotis e Societate Jesu et Confessoris, doctrina et sanctitate praeclari, qui difficillimis Germániaie temporibus fidem catholicam strénue defendit ac propagávit. Eum vero Pius Undécimus, Póntifex Máximus, sanctórum catálogo adscripsit simúlque Doctórem Universális Ecclésiae declarávit; et ipsíus festum quáto Kaléndas Maji agéndum esse decrevit.

*Die 27 Aprilis, primo loco*

Sancti Petri Canisii sacerdotis e Societate Jesu Confessoris atque Ecclésiae Doctóris; qui duodécimo Kaléndas Januárii migrávit ad Dóminum.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente infrascripto Domino Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, Officium et Missam propriam, nec non elogium in Martyrologio Romano inserendum Santi Petri Canisii, Confessoris et Ecclesiae Doctoris a Sacra Rituum Congregatione revisum et emendatum prouti heic adnectitur, benigne approbare dignatus est: illudque in festo eiusdem Sancti Doctoris ab universali Ecclesia adhibendum concessit: servatis rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 24 Novembris 1926.

† A. CARD. Vico, Ep. Portuen., et S. Rufinae,

*S. R. Praefectus.*

L. † S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

## CORRIGENDA

Epacta Dioeclesana currentis anni 1927

### APRILIS

26. 2 Vesp.

Vesp. seq. (v.) (aña. *O Doctor.*) comm. praec.—*alb.*

27. Fer. IV. S. Petri Canisii C. et D.—*dupl.*—O. LI. I  
Noct. et Rñ. fer. 2 et 3 prop. loc. 8 R. et Miss. *In medio  
Eccl.* 1.<sup>a</sup> orat. prop. ut in off. *Cred.*

Vesp. cap. seq. (v.) com. praec. (aña. *O Doctor*) ac S.  
Vitalis M.—*alb.*

---

## A V I S O

---

Por disposición de Su Excelencia Ilustrísima se les remitirá a los Rdos. Sres. Arciprestes el rezo de San Pedro Canisio, para que éstos tengan la bondad de hacerlo llegar a los párrocos de sus respectivos distritos.

Los de la capital pueden adquirirlo en las oficinas de Palacio.

Con este número del BOLETÍN recibirán todos la *Misa* para que la coloquen en el Misal en lugar adecuado.

---

## SENTENCIA SOBRE PAGO DE OBLATA

---

*Don Ricardo Taboada Martínez, Abogado y Secretario del  
Juzgado Municipal de Santacomba,*

Certifico: que en expediente de juicio verbal civil de que se hará mérito, se dictó la sentencia que literalmente dice: *Sentencia.*—En Santacomba a dos de Marzo de mil novecientos veintiseis. El Sr. D. Jesús Otero y Otero, Juez Municipal de este término, habiendo visto este expediente de juicio verbal civil seguido entre partes, de la una como demandante D. José Castro García, de cincuenta y cuatro años, Licenciado en Sagrada Teología, Cura párroco de San Pedro de Jallas de Castriz, y de otra como demandados Manuel García Espasandín y Manuel Souto Martínez, casados, mayores de cuarenta y ocho años, labradores y vecinos de la misma parroquia, sobre declaración del derecho

real de percibir como prestación anual perpetua por oblatas cuaresmales docena de huevos por cada matrimonio.

Resultando: Que presentada la demanda fueron las partes citadas, compareciendo el veinte y siete de Febrero, habiendo reproducido el actor su reclamación, a la que contestaron los demandados que nada adeudaban por el concepto reclamado ni por ningún otro, pues no creían tener ningún otro contrato para obligarse a ese pago, pero que si el demandante lo presentaba lo cumplirían en todas sus partes.

Resultando: Que constituido el asunto a prueba, se propuso por la parte actora que el Juzgado admitió el juramento indecisorio, de los demandados a tenor de los hechos de demanda; renunciando estos últimos a proponer prueba alguna.

Resultando: Que los demandados evacuaron el *jure* confesando ser cierto que son vecinos hace años de la parroquia de Castriz y cabezas de familia; que el Manuel García tiene en su compañía un hijo casado llamado Ramón, pues si bien está en América vive con el García Espasandín su hija política y nietos.

Que es costumbre inmemorial en la parroquia contribuir al párroco en la Cuaresma con una docena de huevos cada matrimonio por el examen de la Doctrina Cristiana que vinieron pagando en años anteriores, si bien el Manuel García dijo que fuera como regalo y que este año no los había ganado el Cura demandante por no haberle preguntado la Doctrina; que cuando fué a ella dijo no estaba dispuesto a seguir regalándole los huevos, si no le seguía considerando como cofrade del Sacramento, diciendo el Souto, que si su familia no entregaba los huevos en este año, como de costumbre, fué por cuestión habida con el Mayordomo del Sacramento que quiso cobrarle además de seis reales que para eso paga cada matrimonio tres reales más por el mismo concepto por una hija soltera del declarante, que tiene familia y vive en su compañía.

Resultando: Que en este asunto se han observado las prescripciones legales de tramitación.

Considerando: Que entre las llamadas temporalidades de la Iglesia, se hallan las oblaciones, que son aquellas cosas que los fieles dan *religionis titulo* para uso de la Iglesia, ó de sus ministros, con ocasión de algún ministerio eclesiástico, porque es principio antiquísimo de Derecho Canó-

nico que el que sirve al altar del altar debe vivir; y estas oblacones entre las cuales en la parroquia de Castriz y en toda esta comarca existe de tiempo inmemorial la de entregar al Párroco por el examen de la Doctrina Cristiana en tiempo de Cuaresma una docena de huevos por cada matrimonio que habite en la casa de un vecino, vienen siendo obligatorias con el nombre de obvenciones y pueden exigirse tales emolumentos por el Párroco por razón de su ministerio personal, exigibilidad que data del Concilio IV de Letrán, y está reconocida en el Concordato de 1851, pudiendo el clero exigir tales derechos y la autoridad temporal ampararlos en tales peticiones, procediendo contra los morosos conforme determinan las leyes, pues consisten en parte de la sustentación debida a los ministros del altar por los fieles tanto a título de Religión como de Justicia que deben estos últimos satisfacer a aquéllos como parte de su dotación fijada por el Ordinario.

Considerando: Que el carácter civil y jurídico de las obligaciones eclesiásticas fué reconocido por el Estado Español por el artículo 28 de la ley de 21 de Julio de 1838, por el 16 de la de 18 de Agosto de 1841, sobre dotación de Culto y Clero; por la R. O. de 28 de Septiembre del mismo año, y especialmente por el artículo 33 del Concordato de 17 de Octubre de 1851, declarado ley del Reino.

Considerando: Que entre las funciones parroquiales, está la del examen de la Doctrina Cristiana, en tiempo de Cuaresma, y que, todo feligrés lo es por el hecho de la vecindad, y como tal está obligado a pagar al párroco sus emolumentos conforme al R. D. de 15 de Agosto de 1867.

Considerando: Que en la parroquia de Castriz es obligación y costumbre antigua contribuir, entre otras obvenciones al Párroco, con la que es objeto de la demanda, lo que está reconocido en este juicio por la misma confesión de los reconvenidos, lo que hace prueba plena conforme a los artículos 1.215, 1.231, 1.232 y 1.235 del Código Civil.

Considerando: Que por lo anteriormente expuesto, procede hacer la declaración que el párroco demandante solicita en la súplica de la demanda sin que las disculpas dadas al contestar acerca de las diferencias habidas entre los demandados y el mayordomo de la cofradía del Santísimo Sacramento de Castriz, sin causa ni motivo para que deje de contribuirse al Párroco con la oblata anual de una docena de huevos que los demandados adeudaban y pagaron en

años anteriores, no como regalo, sino como obvención de justicia que le reconocen los preceptos legales citados, los cánones 462 y 463, el 42, tomo 3.º, título 5.º de las Decretales; la Ley 2.ª, título 2.º, libro 1.º de las Leyes Recopiladas, la Real Cédula de 3 de Enero de 1854, RR. OO. de 24 de Febrero y 22 de Octubre de 1856, 12 de Abril de 1859, 25 de Septiembre de 1867, y aun la sentencia del S. T. de Justicia de 5 de Mayo de 1900, por todo lo que, y apreciando verdadera temeridad y mala fe por parte de los demandados, procede acceder a la demanda haciendo la declaración que se solicita, y condenando en su consecuencia a los demandados a que, reconociendo los legítimos derechos que invoca el primero, paguen la oblata reclamada, imponiéndole las costas por mitad.

*Fallo:* Que debo declarar y declaro que el párroco de Castriz, y como tal demandante y recurrente, tiene derecho a exigir de sus feligreses al principio de la Cuaresma, y por consecuencia del examen de Doctrina Cristiana, la prestación anual perpetua de una docena de huevos por cada matrimonio que exista en la familia, con la que debe contribuirle el jefe o cabeza de la casa, y en su consecuencia debo condenar y condeno al demandado Manuel García Espasandín y al Manuel Souto Martínez a que, reconociéndolo así, paguen al autor dos docenas de huevos el primero por existir en su casa dos matrimonios, y una docena el segundo como oblata adeudada por el corriente año, imponiéndoles a los reconvenidos y de por mitad las costas del juicio.

Así por esta sentencia, definitivamente juzgando en primera instancia, la pronuncio, mando y firmo.—*Jesús Otero y Otero.*—Fué publicada en el día de su fecha y notificada a las partes.

Los demandados interpusieron apelación el 6 de Marzo del mismo año, que admitida se remitió el expediente a la Superioridad, en el que recayó la sentencia cuyo encabezado y parte dispositiva dice: *Sentencia.*—En la villa de Negrreira a 11 de Mayo de 1926. Vistos por el Sr. D. Jaime Núñez Rodríguez, Juez de primera instancia de este partido, los precedentes autos de un juicio verbal civil en grado de apelación, procedentes del Juzgado municipal de Santacomba, seguido a instancia de D. José Castro García; de 54 años de edad, célibe, Cura párroco de Castriz, contra Manuel García Espasandín y Manuel Souto Martínez, casados, mayores de 48 años, labradores y de la misma vecindad,

sobre reclamación de oblata. Aceptando los resultandos de la sentencia inferior y que se dan por reproducidos. Aceptando también los considerandos de la sentencia inferior. Vistos los preceptos aplicados al caso de autos, el artículo 736 y demás concordantes de la ley de Enjuiciamiento Civil y el 28 de la Justicia Municipal.

*Fallo:* Que confirmando como confirmo en todas sus partes la sentencia dictada por el Juez municipal de Santacomba, debo de declarar y declaro: Que el Párroco de Castrizo, en tal concepto, tiene derecho a exigir a sus feligreses al principio de la Cuaresma y por consecuencia del examen de la Doctrina Cristiana la prestación personal perpetua de una docena de huevos por cada matrimonio que exista en la familia, con la que debe contribuir el jefe y cabeza de la casa, y en consecuencia debo condenar y condeno a los demandados Manuel García Espasandín y Manuel Souto Martínez a que, reconociéndolo así, paguen al autor dos docenas de huevos el primero por existir en su casa dos matrimonios; y una docena el segundo como oblata adeudada por el corriente año, imponiendo a los reconvenidos y de por mitad las costas causadas en ambas instancias.

Así por esta mi sentencia, definitivamente juzgando en segunda instancia, lo pronuncio, mando y firmo.—*Jaime Núñez.*

Así resulta la petición verbal del demandante D. José Castro García, y en cumplimiento de lo mandado en providencia del 14 del actual, libro la presente en tres pliegos de papel de la clase que se reconoce, en Santacomba a 27 de Septiembre de 1926.—*Licdo. Ricardo Taboada* (Rubricado).

## SOLUTIO CASUS MENSIS JANUARI

1.º Si illud principium a Canuto adhibitum tamquam primum et per se vim habens iudicatur; reprobandus est agendi Canuti modus, secus vero si praefatum principium ut consequentia tantum alterius principii habeatur.

2.º Rejicienda quoque est Canuti praxis in secundo casu; nam ad recte agendum opinio probabilis unius cujuslibet auctoris non valet, nisi ille unus auctor sit omni exceptione maior et offerat rationem, quam alii non satis solverint.

3.º Consilia tantum fidelium libertati faventia inculcans

Canutus saepe erit causa, qua oves sibi commissae opiniones dubie vel tenuiter probabiles sequantur.

4.º Pariter male se gessit Canutus tenens in illis adjunctis quod minimum est, nam hoc tantum fieri potest, cum, facta inquisitione, non apparet verus sensus legis.

5.º Tandem danmandus etiam Canutus in ultimo casu, eo quod non liceat uti nunc hac nunc illa, e duobus opinionibus probabilibus oppositis, cum certo aliqua lex violatur, quamquam dubium manet quaenam reapse infringatur.

\*\*\*

Hiuc solutioni conformes sunt fere omnes circuli.

## SOLUTIO CASUS MENSIS FEBRUARII

1.º Braulius omnino obligationi satisfacit, nam ad satisfaciendum legis obligationi, cum legis obligatio ab intentione legislatoris dependet, non requiritur ut aliquis ei satisfacere intendat; immo satisfit etiam si diserte hanc intentionem excludat, dummodo ponat opus quale praescribitur a lege.

2.º Etiam satisfacit; nan sententia ei favens est speculativa probabilis; circumstantia de qua canon 2.381 videtur respicere modum adimpletionis non substantiam obligationis.

Los círculos que convienen en esta solución se publicarán en el próximo BOLETÍN.

## BIBLIOGRAFÍA

ANUARIO ECLESIAÍSTICO, 1926.—Publicada bajo la dirección del Dr. D. Antonino Tenas. Año XI.—E. Subirana, Editor Pontificio, Puertaferriá, 14. Barcelona.

Difícilmente hay en España una publicación que como ésta haya logrado éxito tan franco y tan favorable acogida.

De alarde de esplendidez fueron calificadas las últimas ediciones por elevadísimas personalidades y las más autorizadas revistas católicas, no sólo nacionales, sino también extranjeras, completo inventario de la organización eclesiástica de España, auxiliar indispensable de los Rvdmos. Prelados, Curias dioce-

sanas y otras personas y centros a quienes interesa conocer aquella organización, obra utilísima para el Clero, que ha llegado a la perfección en su conjunto y que ocupa uno de los primeros lugares en materia de obras de documentación y de información sobre la vida católica contemporánea. Y aunque sea ya vulgar la frase, por lo excesivamente repetida, con mayor motivo y razón merece frases tan lisonjeras y elogios tan efusivos, la edición presente, muy mejorada y todavía aún más completa que las anteriores.

Y ello creemos sinceramente que constituye su mayor crédito y su mejor recomendación.

Ampliadas notablemente las informaciones sobre los distintos organismos de la Curia Romana y de las diócesis españolas, completada hasta los menores detalles la parte relativa a estadística, espléndidamente perfeccionada su presentación material, profusamente enriquecida su parte gráfica con la reproducción de Monumentos y otros tesoros históricos y artísticos de las Iglesias de España, más abundante su reseña de la actualidad y de las actividades religiosas, seleccionados sus trabajos de vulgarización de cultura, con el fin de proporcionarla a sus lectores en forma documentada, apropiada y sobre problemas actuales y exigencias o necesidades en el ejercicio de sus ministerios; la presente edición de ANUARIO ECLESIASTICO satisface enteramente cuanto pueda reclamar el más exigente de sus lectores.

Es realmente un arsenal de datos, un inventario de la organización, riquezas y actividades de la Iglesia española, libro indispensable a cuantos se interesan para conocerla, siempre útil en su consulta y de gran provecho en su lectura.

Quien lo ojee, seguramente no dirá que sean excesivos los elogios que nos complacemos en dirigir a tan acertada publicación, satisfacción de una necesidad y a la vez honra de la prensa católica española.

---

## NECROLOGÍA

---

Han fallecido: D. Juan Antonio Encinas Pascual, Ecónomo de Arroyuerto de esta Diócesis, y D. Julián Castro García, Administrador Habilitado del Clero de Ciudad Rodrigo.

Los dos pertenecían a la Hermandad de Sufragios espirituales del Clero y tenían acreditado el cumplimiento de las cargas; por lo cual los señores socios se servirán aplicar una misa y tres responsos por el alma de cada uno de los finados.

También ha fallecido en Santiago de Chile el Presbítero don Santiago González Esteban.—R. I. P. A.

---

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.